

2006 TSJCL Sight Recitation
Levels ½ A, ½ B & I

At Iūnō, rēgīna deōrum Alcmēnam ōderat et Herculem etiam tum
īnfantem necāre voluit. Itaque duās serpentēs saevissimās mīsit;
hae mediā nocte in cubiculum Alcmēnae vērunt ubi Herculēs
cum fratrē suō dormiēbat. Nec tamen in cūnīs, sed in scūtō magnō
cubābant. Serpentēs iam appropinquāverant et scūtum movēbant;
ita puerī ē somnō excitātī sunt.

Herculēs ipse, fortissimus puer, nūllō modō territus est. Parvīs
manibus serpentīs statimprehendit, et colla eārum magnā vī
compressit. Tālī modō serpentēs ā puerō interfectae sunt.

(Ritchie's *Fabulae Faciles*)